



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 6. Notatum Petri Victorij μνησονικον αμαρτημα.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

bita est. quatenus autem pœna illa sit, è primo non possum cognoscere est: ubi cùm Thrasymachus quæsisset de Socrate, quid tandem perpeti paratus esset, si ipse uerum iustitiae definitionem attulisset, quæ reprehendit nullo modo posset: Quid verò, inquit, aliud, Socrates, quād quod eum perpeti par est, qui aliquid noscitur? par est autem eum à sciente discere: egoque de me quo minus ea pœna sumatur, non recuso. Hactenam præclara sententia in vnius litteræ peruerba latuerat.

*Virgilij versus è sexto Aeneidos ex Homero imitati.*

CAPVT V.

**C**V M studiosè fecerint aliquot eruditì homines. Ut indicarent locos Homeri, quos Virgilius imitatus esset: innotescunt tamen (neque aliter in tanta copia fieri potuit) prætermiserunt. qualis est ille è sexto Aeneido: ubi, accipiente in nauim Charonte Ingentem Aenean, gemuit sub pondere cymba Sutilis, & multam accepit imosa paludem. ita enim Iliados s., cùm insiliret Minerua in currus Diomedis, gemuisse sub tanto pondere axis sagittas dicitur:

Hοδὸς διόφορος ἔλαυνε πλεύ Διονύσεα δῖον  
Εμπεμαῦται θεά. μέχα δὲ ἔβεργε φίγινθε δίξων  
Βεδροσών. δεινὺς γά τοι θεόν, αὐτὰρ τ' ἀετοί.

No<sup>t</sup>atum Petri Victorij minucioriā ἀμάρτημα.

CAPVT VI.

**P**ETRVS Victorius libro sexto Variarum lectio- num, narrans notum illud Socratis somnium, quo, cùm in custodia publica esset, præuidit, sibi post tertium diem esse moriendum, admonitus illo verū,

Ηματί καὶ τεττάρῳ φύσις ἐσίσωλος ἵκοι.

Vafus

versum, inquit, esse è primo libro Iliados notum est, pronunciaturq; illic ab Agamemnonque in iurgio illo: cùm enim dixisset Achilles se domum reuersurum, copiasq; suas è bello adficieturum, compulsum iniurias ipsius, liberè permisit illi, vi hoc, si vellet, faceret, rex regum: vtq; se ostenderet nihil curare discessum illius, monstrauit in sermone, eum breui tempore domum peruenturum. Hæc Victorius. quæ omnia, vt vno verbo dicam, falsa sunt. versum enim illum esse, non è primo, sed è nono libro Iliados, notum est: pronunciaturque illic non ab Agamemnone, neq; in iurgio; sed ab Achille, qui Ulysses alloquens, abiutum se dicit, &c, si Neptunus prosperum cursum dederit, tertio die in patriam peruenturum.

Ei δέ καὶ Δημόσιον δῶν καυτὸς Εὔρωπος ἦν,  
Εὐατί καὶ τετάτῳ φθίνεις εἰσερχοντος ικοίου. id est,  
Quod si Neptunus facilem dederit mihi cursum,

Terteria lux Phœbe latet me sūstinet in aruis.

cur autem apud Platonem ex ikoīou factum sit ikoīo, facile est videre. Neminem igitur memorie suæ valde confidere oportet: cùm Victorium quoque ipsum, tanta doctrinæ copia præditum hominem, in rebus non abstrusis neque reconditis, interdum tamen vacillare videamus.

*De facultate contrariorum. emendatus & declaratus  
locus è secundo Aristotelis De arte dicendi.*

#### CAPUT VII.

TRIBVS modis intelligi potest id quod in philosophorum scholis tritum ac celebratum est, contrariorum eandē esse vim ac potestatem. aut enim de vi ea quæ inest in ipsis contrariis, aut de ea qua contraria apprehenduntur, aut de ea qua efficiuntur nos, docendi causa, vim insitam, viam percipiētem, & vim

Le Muret  
la Lecture  
LIII  
25